



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Avrea Gemma Christianorvm**

**Ruben, Leonhard**

**Paderbornae, 1604**

XI. Sexta apparitio octauo die Paschæ ob Thomam facta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68313)

manum meam in latus eius, non credam.

CAPVT XI.

Sexta apparitio octauo die Pasche ob Thomam facta.

**P**ROPHETIAE. Psalm. 76. 2. *Voce mea ad Dominum clamaui: voce mea ad Deum, & inuendit mihi.* Psalm. 36. 24. *Cum ceciderit non colidetur: quia Dominus supponit manum suam.* Isai. 57. 18, 19, 20, 21. *Vias eius vidi, & sanaui eum, & reduxi eum, & reddidi consolationes ipsi, & laudentibus eius. Creauit fructum labiorum pacem, pacem ei, qui longe est, & qui prope, dixit Dominus, & sanaui eum. Impy autem quasi mare feruens, quod quiescere non potest, & redundant fluctus eius in conculationem & lutum. Non est pax impys, dicit Dominus Deus.*

**VERITAS.** Ioan. 20. 26. 27. 28. 29. *Et post dies octo iterum erant discipuli eius intus: & Thomas cum eis. Venit Iesus ianuis clausis, & stetit in medio, & dixit pax vobis. Deinde dicit Thoma: infer digitum tuum huc, & noli esse incredulus, sed fidelis. Respondit Thomas, & dixit ei: Dominus meus, & Deus meus. Dixit ei Iesus: quia vidisti me Thoma, credidisti; beati qui non viderunt, & crediderunt.*

CAPVT XII.

Septima apparitio ad mare Tyberiadis

**E**Zech. 47. 1. 2. *Et conuerti me ad portam damus, & ecce aqua egrediebantur subter limen domus*